

Quum autem Conventus ipse Piotrkoviensis con-
cludi non posset, eo quod Nuntij quorundam Sa-
lutarum consentire volebant ad contributiones
pro scribendo milite mercenario, eo quod nobilitas
ad expeditionem bellicam ubi opus foret ire
volebat: Rex post illum Conventum Piotrkovi-
ensem sive conclusionem solutum indicit denuo al-
ios Conventus: alterum Terris Minoris Polo-
nie in nova Civitate Kozgyn, alterum Ter-
ris Majoris Poloniae in Szoda, qui demum
translatus fuit ad Cosniam: ad quos Con-
ventus Rex Legationes sequentes misit.

In eodem etiam Conventu Piotrkoviensi Articuli
fidei pacisque perpetuae inter Regnum
Poloniae et Ordinem Cruciferorum de Prus-
sia factae practicabantur per Senatum Regni
et per Nuntios Alberti Marchionis de Bran-
deburg Magistri Cruciferorum, ut ea omnia,
a quae in Literis ejusdem pacis perpetuae per-
scripta sunt in executionem ponerentur, verum
cum nihil concludi tum potuisset: res reiecta
fuit ad Cosniam, quo Rex conferre sese
deceverat.

260

